Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift



160r

potest peccare quia ex deo natus est, quia in hoc manifesti sunt filii
dei et filii diaboli. Et infine epistole. Omnis qui natus est ex deo non peccat
si gratia dei seruat eum. et maligni non tangit eum. Ecce eum auctoritas apostoli quantum illi sententie faueat atque illa secta erroris quam ueritatis sit aduersa ieronimus ostendit scribens contra iouinianum. Si enim inquit omnis qui natus est ex deo non peccat et a diabolo temptari non potest quomodo precepit ut caueant ne temptentur dicens. filioli custodite uos a simulacris, et in eade rursus epistola. Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus et ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra fidelis est et iustus ut remittat nobis peccata nostra et mundet nos ab omni iniquitate.
Si dixerimus quoniam non peccauimus mendacem eum facimus et uerbum eius non est in nobis.
Sextumo quod iohannes baptizatus ad baptizatos scripserit et quomodo peccatum ex diabolo sit. Ille peccatorem se confitetur et spem remissionem per baptisma peccatorum et iouinianus minus dicit ne tangas me quoniam mundus sum. Quod quomodo contraria sibi apostolus loquitur. Minime. In eodem quippe loco cum hoc dixit statim dum filioli mei hec scribo uobis ut non peccetis. Et si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem ihesum xpm iustum et ipse est propiciatio pro peccatis nostris. non pro nostris autem tantum sed et pro totius mundi. et in hoc scimus quoniam cognouimus eum si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eum et mandata eius non custodit mendax est et in eo ueritas non est. Qui autem seruat uerbum eius uere in hoc perfecta caritas dei est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus qui dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare.
Pretera scribo uobis filioli mei. omnis qui natus est ex deo non peccat, idcirco dico uobis ut non peccetis et tamdiu uos scietis in cognitione dei per manere quamdiu non peccauerimus. imo quia in cognitione dei per se uerant peccare non possunt. Que enim communicatio lucis et tenebras. xpi et belial. Quomodo misceri nequeunt dies et nox. sic iustitia et iniquitas. pecem et bona opa. xpe et antixpe. Si suscepimus xpm in hospicio pectoris nri. illico fugam dabit diabolus.
Si peccauimus et per peccatum ianua ingressus fuit diabolus. prius xpe